



ÆSOPI PHRYGIS

FABVLÆ.

(*)

¶ De Philomela, & Accipitre.



Hilomela in arbore sedens, canebat, ut
facere consuevit. Quam cum accipi-
ter vidisset, famelicusq; esset, aduo-
lans arripuit. Verum illa cum se peri-
turam videret, accipitrem depreca-

batur, ne eam occideret: neq; enim se satis esse ad
famem accipitris explendam oportere autem ac-
cipitrem cibi egentem, ad maiores aues conuerti.
Cui accipiter respondens, dixit Imprudens equi-
dem essem, si cibum, quem in manibus paratum
habeo, dimitterem, eaq; quæ nusquam apparent,
persequerer.

Fabula explicatio.

*Hæc fabula nos docet, eodem quoq; modo eos homines
imprudentes esse, qui rerum maiorum incertarum tamen
spe, quæ habeant in manibus dimittant;*

¶ De Vulpe, & Hirco.

Vulpes & hircus siti enecti in puteum descē-
derunt. Cum autem iam bibissent, hircusq;

A 2

quæ-